Warmannuſ humilis plebanus in honouere Vniuerſis preſentem paginam inſpecturis. in preſenti uita gaudium et futura. Vniuerſa negotia mandata litteris ac uoci teſtium. ab utroque trahunt inmobile firmamentum. Noſcant itaque preſentes. ac deueniat in poſteros. quod ego Warmannuſ beati Georgii capellanus in honouere. domum quandam conſtructam ſuper dotalem aream eccleſie predicti patroni. quam in beneficio poſſedi. contuli eccleſie beate uirginis Marie in inſula. perpetuo poſſidendam . verumptamen in eadem domo retinui mihi noſtrisque ſucceſſoribus unum ſolidum annuatim. Vt autem hec mea donatio firmior permaneat in futurum. patronus eccleſie mee. C. comes de rothen cum ſuis fratribus. H. et C. uoluntatem adhibuit et aſſenſum. verum etiam preſentem paginam ſuper hoc conſcriptam ſigillo ſuo acque meo uoluit communiri. Acta ſunt hec anno gratie M°.CC°.XXX°.VIII°.

Beide Siegel abgefallen.

[1]) S. Note 3. zur vor. Urkunde.

Urk. 20.

Graf Konrad von Roden schenkt dem Kloster Marienwerder die Kirche zu Leveste (im Amte Wennigsen) zum Seelenheile seines Bruders, des Grafen Konrad [1]). Marienwerder, am Tage als sein Bruder dort begraben wurde, 23. August 1239.

C. comes de Rothen, O(*mnibus*) presentem paginam inspecturis, salutem in domino Jhesu Christo. Geste rei noticia propagatur in posteros, cum uenit auctoritas et robur firmum testimonio litterarum. Innotescat ergo presentibus et futuris, quod nos Ecclesiam Leuesthe ad nos libere a paternis sedibus deuolutam, cenobio illibate virginis marie in insula donauimus, pro anima fratris nostri Comitis Conradi in elemosinam, qui cum adhuc uiueret, in predicto loco sibi elegerat sepulturam. Vt autem hec nostra donatio firma permaneat, et non .... illam in posterum infirmare aduersitas. litterarum nostrarum illam uoluimus ....lli nostri munimine roborari. Testes huius rei sunt Warmannus plebanus in (*hon*)ouere. Euerardus de Alethen. Thidericus et Hildebrandus fratres de Herebergen. Olricus .... (*G*)ilthene. Conradus de Landesbergen. milites, et alij quam plures. Actum publice .... (*i*)nsula cum sepeliretur ibidem frater noster anno gratie M°. CC°. XXXVIIII In vigilia .... (*B*)artholomej.

Siegel abgefallen.

---

[1]) S. Note 3. zur Urk. 18. de 1238. Dieser Konrad V. wird 1236 (Leyser S. 36) junior genannt. Sonst kommt er nicht vor.

Urk. 21.

Dechant G. und das Capitel zu Hildesheim thun kund, daß die Canonissinn B. von Velber [1]) zu Gandersheim zu Gunsten des Klosters Marienwerder allen Ansprüchen an die dem letzteren von ihrem Bruder verkauften Güter entsagt hat. 4. November 1239.

(Vergl. Urk. vom 28. März 1257.)

---

[1]) In dem Jahre c. 1191 wird eine Gerburgis als Tochter des Grafen Konrad I. und im Jahre 1208 eine Berburgis als Schwester der Grafen Konrad II. und Hildebold III. angegeben. Gerburgis und Berburgis gelten für denselben Namen, wie die Vergleichung beider Urkunden deutlich ergiebt. In obiger Urkunde wird deshalb die Abkürzung »B.« für »Berburgis« anzunehmen sein. Der Beiname Veltberge (Velber) deutet dagegen auf einen Zusammenhang mit den Kindern des Konrad II. Die »domina B.« müßte dann eine Tochter dieses Konrad, also eine Schwester des Osnabrücker Bischofs Konrad (1227—1238) gewesen sein, dessen Brüder Helmold V. und Heinrich II. sich de Veltbere, de Velpergen, de Veltbergen und de Velbere (Velber bei Hannover) nennen. Die letzte Nachricht über diese ausgestorbene Linie ist die Urkunde des Helmold von Velber vom 28. März 1257 (S. unten).

G. dei gratia decanuſ totumque capitulum maioriſ eccleſie in hildenſem omnibus ad quos hec littera peruenerit ſalutem jn domino Quia ea que geruntur in tempore cum tempore tranſeunt propter labilem hominum memoriam que fiunt ſcriptiſ conſueuerunt autenticiſ commendari Nouerint igitur uniuerſi preſentiſ pagine inſpectoreſ quod domina. B. de veltberge ganderſemenſis canonica in noſtra conſtituta preſentia renunciauit omni iuri et jn potentia quam habebat jn boniſ venditiſ per fratrem eiuſdem eccleſie beate uirginiſ marie jn inſula poſtulanſ humiliter. quatinuſ eiuſ factum ſcripto commendare dignaremur. Noſ igitur pio erga prefatam eccleſiam deſiderio. beniuolum prebenteſ aſſenſum preſentem cartulam ſigilli noſtri appenſione fecimuſ communiri. Teſteſ huiuſ rei ſunt. R. prepoſituſ. G. decanus. H. prepoſitus ſante cruciſ C. prepoſituſ montiſ. Conraduſ et heyricus ſubdiaconj. florentiuſ. heyricuſ. Bertrammus Bernhardus de uorſte et alij quam plureſ clerici et layci. Acta ſunt hec. anno dominj. M.^o^CC.^o^XXXIX. II. Nonaſ Nouembris.

Siegel in weißem Wachſe (ganz unkenntlich).

Urk. 22.

Die Grafen Johann und Gerhard von Schauenburg [1]) ſchenken dem Kloſter Marienwerder eine Curie zu Lohnde (im Kirchſp. Seelze, Amts Blumenau). 1242.

---

[1]) Die Grafen Johann und Gerhard von Schauenburg waren Brüder, Söhne des Grafen Adolf IV. von Schauenburg und Holſtein. Der erſte Schauenburger Graf zu Holſtein war Adolf I. (1106), welcher 1130 ſtarb. (Sein Großvater Adolf ſoll 1033 die Schauenburg erbauet haben und ſein Vater Adolf war mit der Ida von Elſtorf vermählt.) Adolf II. wurde 1130 Graf zu Holſtein, mußte aber von 1138—1142 dem Heinrich von Bawide (Raceburg) Platz machen; er ſtarb 1164 und hatte mit ſeiner (in zweiter Ehe mit dem Grafen Heinrich von Orlemünde vermählten) Gemahlinn Mechtild von Querfurt einen Sohn, den Grafen Adolf III., welcher von 1164—1202 Graf zu Holſtein und Stormarn war. Im Jahre 1204 wurde Albrecht von Orlemünde Graf von Nordalbingien, bis er Holſtein und Stormarn im Jahre 1225 wieder an Adolf IV. abgeben mußte. Adolf III. zog ſich auf die Schauenburg zurück, wo er bis zu ſeinem 1232 erfolgten Tode blieb. Sein und ſeiner Gemahlinn Adelheid von Aſſel Sohn war der ſchon vorhingedachte Adolf IV., welcher mit Heilwig von der Lippe vermählt war und im Jahre 1261 verſtarb. Er führte in ſeinem Reiterſiegel einen Löwen im Schilde, während ſeine Söhne und Nachkommen die bekannte Schauenburger Neſſel im Wappen hatten. Sein Bruder war der Hamburger Propſt Bruno (nachher Biſchof zu Olmütz) und des Grafen Burchard I. von Oldenburg († 1233) Gemahlinn Hildegunde dürfte deſſen Schweſter geweſen ſein; denn Johann und Gerhard von Schauenburg ſagen in einer Urkunde de 1253 (Würdtw. VI, 433.) »genero ſuo comiti Henrico de Aldenborch uxore ſue et pueris suis«, worunter Graf Heinrich IV. (der Bogener) als Vatersſchweſterſohn verſtanden ſein muß, wiewohl er ohne Kinder verſtarb; denn dieſer Heinrich IV. hatte die Eliſabeth von Tekelnburg, Heinrich V. die Ermengard von Hoya und deſſen Vater Heinrich III. die Ermentrud von Diepholz zur Gemahlinn. Hildegunde war nun aber urkundlich die Mutter des Heinrich IV., welcher ſich in der Mindener Urkunde

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis amen. Johannes et Gerhardus dei gratia Comites de Scowenborg. omnibus pagine huius inſpectoribus ſalutem in Salute omnium iheſu chriſto. Ne generationum Succeſſionibus pretereuntium. actuum exulet preteritorum memoria. obliuione regnante. placuit diſcretis. olim acta ſcriptis conmendare ſignatis. Quorum inherentes ueſtigiis. Notum facimus preſentium inſpectoribus vniuerſis. quod nos. videlicet Johannes et Gerhardus comites de Scoenborg. eccleſie in inſula Sancte MARIE Mindenſis dioceſis. proprietatem curie noſtre in Lone. cum omnibus attinentiis et pertinentibus Sibi in agris. in Siluis. in aquis im (*sic*) paſcuis. liberaliter pro remedio animarum noſtrarum et libere. perpetuo habendam contulimus. litteris hoc preſentibvs et ſigilli noſtri munimine roborantes. Teſtes autem huius rei qui etiam interfuerunt hii ſunt. Dominus. B. prepoſitus lvbicenſis Dominus A. de Holte [2]). dominus Conradus de hamelſpringe [3]). dominus Heinricus de Lo [4]). dominus Wernherus de Retheren. dominus Nicolaus de withen Dominus Gerhardus de bardenſ. dominus heinricus de rotthorpe. dominus wernherus de aldenthorpe. dominus Rotbertus de negenborne. Item Waltherus rotbertus de krukeberge. dominus Bertrammus de zierſne. Acta Sunt hec anno dominice incarnationis. M^{o}. CC^{o}. XLII^{o}. Indictione X [5]).

Von den beiden Siegeln (an einer Schnur von weißem und blauem Zwirn) iſt nur eins vorhanden, und auch dies ganz unkenntlich.

---

de 1241 (Würdtw. VI. № 14.) die bona vorbehält, welche ſeine Mutter »in Slavia« hatte. Adolf's IV. älteſter Sohn Johann I. erhielt Wagrien (Kiel), war mit der Eliſabeth von Sachſen vermählt und ſtarb 1266; der zweite Sohn Gerhard I. erhielt Holſtein (Rendsburg), war mit der Adelheid von Mecklenburg vermählt und ſtarb 1281. Ihre Schweſter war Mechtild, Gemahlinn des Herzogs Abel von Schleswig, nachherigen Königs von Dänemark. Die Nachkommen der Grafen Johann und Gerhard werden in der Marienroder Urkunde de 1272 genannt (S. dort).

²) »Dominus A. de Holte«. S. Note zur Wennigſer Urkunde vom 24. Juni 1258.

³) dominus Conradus de hamelſpringe«. Die Herren von Hamelſpringe waren Burgmannen zu Schauenburg.

⁴) »dominus Heinricus de Lo«. S. Note 1. zur Barſinghäuſer Urk. vom 23. October 1295.

⁵) Richtiger XV.

Urk. 23.

Herzog Otto von Braunſchweig ſchenkt dem Kloſter Marienwerder das Obereigenthum zweier Curien im Dorfe Letter (im Kirchſp. Seelze, Amts Blumenau) auf Anſuchen des Ernſt Münter [1]), welcher ſie für das Kloſter erworben hat. 2. Februar 1243.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis.

Otto dei gratia Dux de Bruneſwich. Omnibus in perpetuum. Innoteſcat preſentibus

---

¹) Vergl. Archiv Barſinghauſen Note 1. zur Urk. 6.

et deuoluatur in poſteros, quod nos libere et abſolute donauimus cenobio beate Marie in inſula proprietatem ſuper duas curiaſ ſitas in uilla Lettere pro noſtrorum remedio peccatorum et pro peticione Erneſti monetarij. qui bona predicta iam dicto cenobio comparauit. Vt autem hanc noſtram donationem in poſterum non attemptet calumnia. preſentem. paginam ſuper hoc conſcriptam ſigilli noſtri appenſione fecimus communirj. Teſtes huius rej ſunt. Johannes de Bruneſroth aduocatus in Honouere. Hugo de inſula. Euerardus de alten. Hildebrandus de Herbergen milites. Erneſtus monet̃. et alij quam plures. Actum publice anno gratie. M.CC.XLIII. V. Nonas Februarii.

Vom Siegel an weißer und blauer Schnur von Zwirn iſt nur ein Reſt vorhanden, welcher den freien Löwen zeigt.

Urk. 24.

Graf Moritz von Spiegelberg [1]) beſtätigt die Schenkung ſeines verſtorbenen Vaters, des Grafen Bernhard von Spiegelberg, an das Kloſter Marienwerder, beſtehend in ſechszig „Sogh" Salzes [2]) aus der Saline Salzhemmendorf (Flecken im Amte Lauenſtein), und thut kund, daß Biſchof Konrad zu Hildesheim das Obereigenthum derſelben dem Kloſter geſchenkt hat. 1244.

Comeſ Mauriciuſ in ſpeghelberge cunctiſ Chriſti fidelibus hanc litteram uiſuriſ Omnibus in perpetuum. Humana negocia ne ab hominum labantur memoria eſt neceſſe ut priuilegijſ commendentur quod per ea ſi requiſitum fuerit memorie reuocentur Sciant igitur preſenteſ et futuri quod dilectuſ nobiſ pater noſter Comeſ bernarduſ de ſpeghelberge cum deliberacione bona et tractu noſtroque accedente quem requiſiuit conſenſu contulit clauſtro in inſula apud honouere ob reuerenciam beate Marie uirginiſ et ſuorum remedium peccatorum Sexaginta ſogh ut in wlgho dicitur ſaliſ thome ſalte iuxta hemmendorp et hanc collacionem ſaliſ ſuo priuilegio quod uidimus non *(ca)*ncellatum nec abholitum nec in ulla ſua parte viciatum confirmatum venerabiliſ eciam dominuſ Conradus hildenſemenſiſ episcopus proprietatem huius ſaliſ prefati quia erat eccleſie ſue hildenſemenſis cum uoluntate bona ſuorum canonicorum et miniſterialium inductuſ ſpiritu ſancto clauſtro tribuit memorato quod quia ſcimus ueraciter proteſtamur Noſ equidem patre noſtro Comite bernardo dicto defuncto non ſuum factum innouando ſed magiſ confirmando quia noſter conſenſuſ adfuit cum fieret in preſentibus ratificauimus et loquimur ſub honore noſtre fidei quod *(fac)*tu*(m)* tenere uolumus et noſtri heredeſ poſt noſ ſeruabunt inconuulſum teſteſ aderant. Euerhardus dictus de althen bodo de Glediggen et Gerhardus frater ſuuſ. Olricuſ de iltene militeſ. conradus de

---

[1]) S. Note 1. zur Wunſtorfer Urk. 29. de 1281. Des Grafen Moritz von Spiegelberg verſtorbener Vater Bernhard, welcher ſonſt unter dem Namen Poppenburg vorkommt, wird hier wie in der Urkunde de 1233 Graf von Spiegelberg genannt.

[2]) Ein „Sogh" Salzes »bedeutet in Salzhemmendorf einen großen viereckigten Korb Saltz von zwey Himten«. (Baring, Beſchreibung der Saale. Im Regiſter.)

Winniggehuſen bodo de Maldigge et alij quam plurimi aſtiterunt. Actum anno gratie. M.CC. quadrageſimo quarto, et hec littera ſub noſtro ſigillo data in teſtimonium eſt conſcripta.

Siegel abgefallen.

Urk. 25.

Biſchof Johann zu Minden ſchenkt dem Kloſter Marienwerder das Obereigenthum der Güter zu Garbſen (im Kirchſpiele Marienwerder), welche Propſt Diederich zu Marienwerder von dem biſchöflichen Vaſallen, dem Ritter Arnold von Nienburg, erworben hat. 4. December 1245.

(Nach dem Original. — Abgedruckt bei Treuer Münchh. Geſchl.-Geſch. S. 10 f.)

Johannes dei gratia mindenſis epiſcopus. Vniuerſis Chriſti fidelibus preſenſ ſcriptum uiſuriſ ſalutem in domino. Ne quod rite agitur lapſu temporis conſumat obliuio litterarum ſolet indicio eternari. Nouerint igitur tam preſenteſ quam poſteri quod cum thidericus prepoſitus ſanctimonialium in inſula. bona in Gerberneſcen. a Arnoldo milite de Nienborg. qui bona ipſa a nobis et eccleſia noſtra poſſidebat in feodo. nomine eccleſie ſue comparaſſet. ſupplicauit nobis humiliter cum vniuerſo conuentu ſuo ut ipſiſ proprietatem dictorum bonorum conſerremus. quorum precibus noſtrum ex conſenſu capituli noſtri adhibuimus conſenſum ſub hac forma. ut ſi quando oportunitaſ ſe offerat. perſoluto preſate eccleſie precio bonorum ipſorum Centum q(*uadra*)ginta quatuor marcas uidelicet. bona ipſa ad eccleſiam noſtram. ſine difficultate qualibet libere reuertantur. ſaluo iure archidiaconi caſu quolibet contingente. In huius autem rei noticiam preſentem paginam tam noſtre. quam ſupradicte eccleſie ſancte Marie in inſula ſigillo. duximus roborandam. Teſtes autem huius rei ſunt. hermannus abbas. Lothewicus prior in Lucca. Engelbertus prepositus in Ouerenkerken. Lantbertus prepoſitus in Nenthorpe. Conradus decanus ſancti Martini. Conradus de mandeſlo. Lippoldus eius filius. thidericus de elieſen. Reinbertus de monighuſen. Ludolfus de nienborg. thidericus Bernardus nobileſ de Lo [1]). harebertuſ de ſuege. Nicolaus fredag. Arnoldus ſtuve. hinricus de horſholte. militeſ et alii quam plureſ. Datum Anno domini. M.CC.XL.V. pridie nonaſ decembriſ.

Siegel des Biſchofs Johann zu Minden im weißen Wachſe an einer Schnur von weißem und blauem Zwirne.

---

[1]) S. Note 1. zur Barſinghäuſer Urkunde vom 23. October 1295.

Urk. 26.

Propſt Th., Dechant G. und das Capitel der Kirche zu Minden beſtätigen dem Kloſter Marienwerder den Beſitz des demſelben vom Biſchof Johann zu Minden geſchenkten Obereigenthums der Güter zu Garbſen, welche Diederich, Propſt des

Klosters, vom bischöflichen Vasallen Ritter Arnold von Nienburg erworben hat. Minden, 4. December 1245.

In nomine domini Amen. Th. dei gratia prepoſitus. G. decanus. Totumque capitulum eccleſie Mindenſis. Vniuerſis hoc ſcriptum viſuris jn perpetuum. Ne quid rite agitur lapſu temporis conſumat obliuio litterarum ſolet jndicio eternari. Nouerint igitur tam preſentes quam poſteri quod cum Thidericus prepoſitus ſanctimonialium jn inſula. bona jn Gerbernſen a Arnoldo milite de Nienborch qui bona ipſa hereditario jure poſſidebat jn feudo eccleſie ſue nomine comparaſſet. Supplicauit nobis humiliter cum vniuerſo conuentu ſuo vt donationem proprietatis bonorum ipſorum a domino. Jo. epiſcopo noſtro adeptam ratam haberemus. Habito igitur conſilio conſenſum noſtrum adhibuimus ſub hac forma. vt ſi quando forte oportunitas. Se offerat perſoluto prefate eccleſie precio bonorum ipſorum centum quadraginta quatuor Marcas videlicet bona ipſa ad eccleſiam noſtram ſine difficultate qualibet libere reuertantur. Saluo iure archidiaconi caſu quolibet contingente. In huius autem rei noticiam preſentem paginam tam noſtre quam ſepedicte eccleſie ſancte Marie jn inſula ſigillis duximus roborandam. Huius autem rei teſtes ſunt vir venerabilis dominus hermannus abbas. et Lodewicus prior in Lucka. Dominus engelbertus prepoſitus ſancte Marie in ouerenkerken. Dominus Lambertus prepoſitus in Nenthorpe. Dominus Conradus decanus ſancti Martini in Minda. et alii quam plures. Datum Minde Anno dominice jncarnationis M̊.CC̊.XLV. pridie nonaſ decembris.

Siegel der Mindener Kirche in weißem Wachse an einer Schnur von rother Seide erhalten; das Siegel des Klosters Marienwerder ist abgefallen und nur noch die Schnur von rother Seide geblieben.

Urk. 27.

Propst Diederich, Priorinn K. und der Convent zu Marienwerder übertragen auf Ansuchen des Ritters Thetwich dem Stifte Wunstorf das Eigenthum einer Hausstelle und sechs Morgen Landes zu „Bihorſt“ [1]). Ohne Jahr [2]).

(Abgedruckt Archiv Wunstorf Urk. 7.)

[1]) S. Note 1. zur Urk. de 1233.

[2]) Die Handschrift läßt auf die Zeit zwischen 1240 und 1250 schließen.

Urk. 28.

Herzog Otto von Braunschweig überträgt dem Kloster Marienwerder (Sanctimonialibus Cristi in Inſula apud Limbere) [1]) auf Ansuchen des Ulrich von Landesberg das Eigenthum eines vogteifreien Hauses zu Letter (im Kirchsp. Seelze, Amts Blumenau). 1249.

[1]) Diese Bezeichnung bestätigt die Annahme, daß eben das an der Leine (unweit Hannover) belegene Limmer der Sitz einer Linie der Grafen von Wunstorf gewesen sei.

Dei gratia Otto Dux de Bruneſwich. vniuerſis et ſingulis quibus hoc Scriptum fuerit preſentatum Salutem et bonam in omnibus uoluntatem. Actiones humane facillime a memoria laberentur ſi non Scriptis et teſtibus firmarentur. Nouerint igitur tam poſteri quam preſentes quod nos ob dilectionem et inſtanciam domini Olrici de Landeſberge proprietatem vnius Domus in Lettere dedimus Sanctimonialibus Criſti in Inſula apud Limbere, cum omni vtilitate et attinentiis ſine jugo aduocatie libere perpetuo poſſidendam, Reſeruata tamen nobis illa optione ut poſſimus ſi uolumus illam rehabere a Clauſtro nominato dum dederimus alios redditus qui tantum ualeant, ſicut illi, qui haberi de domo poterant nominata. Vt autem hec noſtra donatio rata maneat atque firma preſentem paginam inde conſcriptam Sigillo noſtro roborauimus ad cautelam. Huius rei Teſtes ſunt Comes Ludolfus de Halremunt [2]). Comes Ludolfus de Limbere [3]). Henricus Grubo. Geuehardus de Bortvelde. Wlfardus de Rethen. Conradus frambalch et alii quam plures Datum anno dominice Incarnationis. M°. CC° XL° Nono.

Siegel ganz unkenntlich.

---

[2]) »Comes Ludolfus de Halremunt«. S. Note 1. zur Barſinghäuſer Urkunde vom 10. Juli 1278.

[3]) »Comes Ludolfus de Limbere«. S. Note 1. zur Wunſtorfer Urkunde vom 22. März 1277.

Urk. 29.

Propſt Friedrich und die Nonnen zu Fiſchbeck (lutheriſches Fräuleinſtift an der Weſer, im Heſſen-Schauenb. Amte Oldendorf) ſchenken dem Kloſter Marienwerder das Eigenthum einer Hufe Landes zu Garbſen (im Kirchſp. Marienwerder). Ohne Jahr [1]).

Dei gratia. Fre(*d*)eri(*cus prepoſitus*) Clauſtri In viſbeke nec non ſancte moniales et conuerſi deo ibi(*dem ſeruientes*) vniuerſis chriſti fidelibus hanc litteram uiſuris orationes in domino iheſu chriſto. N(*otum*) ſit preſentibus et futuris quod nos ad inſtantiam domini Engelberti de lent.....e communi (*conſi*)lio et conſ(*enſu*) ac tractu contulimus eccleſie in inſula proprietatem cuiuſ(*dam manſi in Gerber*)neſſen (*ſi*)ti libere poſſidendam. Ne autem hoc noſtrum factum a n(*oſtris*) ſucceſſoribus infrin(*gatur*) ſigillo noſtre duximus eccleſie roborandam (*sic*).

Siegel des Kloſters Fiſchbeck in weißem Wachſe, gut erhalten.

---

[1]) Die Urkunde iſt, den Schriftzügen nach zu urtheilen, in der erſten Hälfte des 13. Jahrhunderts ausgeſtellt. Bei der Ergänzung dieſer Abſchrift iſt eine Abſchrift des 18. Jahrhunderts zu Hülfe genommen.

Urk. 30.

Bischof Johann zu Minden einverleibt dem verarmten Kloster Marienwerder zu dessen Aufhülfe die von demselben als Patrone bereits abhängige Kirche zu Garbsen (jetzt zum Kirchsp. Marienwerder gehörig) in der Weise, daß das Kloster auch den Gottesdienst daselbst verrichten und die Sacramente verwalten lassen soll, vorbehältlich der Rechte des Archidiakonen, welcher wie vorher den Vorsitz in den Synoden der Kirche zu Garbsen führen und dabei vom Convente unterhalten werden soll. Wunstorf, 14. Februar 1250.

Johannes dei gratia mindensis episcopus. Vniuersis Christi fidelibus presens scriptum visuris. salutem in domino. Debitum officii nostri exequimur cum ecclesiarum nostre diocesis indempnitatibus precauentes. earum prout possumus prospicimus incrementis. hinc est quod ad noticiam tam presencium quam futurorum peruenire volumus quod nos paupertate cenobii Sancte Marie in insula veraciter conperta. ne propter defectum temporalium spirituali germine deficiat. sed de die in diem magis ac magis in diuino seruicio roboretur. ob reuerenciam dei. et Beate virginis Marie. ecclesiam in gerbersem libertamus et ipsam conuentui Sancte Marie in insula cui ius patronatus dicte ecclesie cedit. ex certa sciencia incorporamus. ita de dicto conuentu prefata ecclesia officietur. et parrochianis ad eandem ecclesiam pertinentibus. omnia ecclesiastica sacramenta amministrentur saluo iure archidiaconi. qui vt antea Sinodo in ipsa ecclesia Gerbernesen presidebit et conuentus ipsum procurabit. sed in hoc erit contentus vt quotienscunque prepositus dicti collegii de medio fuerit sublatus. ipse archidiaconus qui pro tempore ibidem fuerit. a dicto collegio marcam vnam pro sinodalibus loco Sacerdotis in Gebernesen recipiet. nec propter hoc maius ius ipsi archidiacono quam de dicto conuentu habere consueuit noscitur acquisitum. Volumus eciam et statuimus vt priuilegia ecclesie mindensis de vendicione bonorum in Gerbersen. velut antea. suum in omnibus obtineant vigorem. Et ne hoc factum alicui in dubium reuocetur. presens scriptum Sigillo nostro roboratum. sepedicto collegio in testimonium validum erogavimus. Testes autem huius rei sunt ludolfus Comes de limbere. Otto nobilis de lo [1]). Conradus et hinricus fratres de eckere. Arnoldus de hedesen. Alexander de holle. Conradus frambalch. Harebertus de Snege milites. Conradus de wardenberge. maior Canonicus. ludolfus notarius Sancti Martini canonicus. Burchardus plebanus in duzhorn [2]). helmwardus domini Comitis capellanus et alii quam plures. Datum in wnstorpe Anno domini. $\overset{o}{M}.\overset{o}{CC}.\overset{o}{L}.$ die valentini martiris.

Schnur von rother Seide mit kleinem Siegelrest.

---

[1]) »Otto nobilis de lo«. S. Note 1. zur Barsinghäuser Urk. vom 23. October 1295.

[2]) Wohl Düshorn in der Amtsvogtei Fallingbostel.

Urk. 31.

Herzog Otto von Braunschweig gestattet unter Einwilligung der Pfarrer von St. Georgii und St. Egidii die Beerdigung der Hannoverschen Ritter und Bürger bei dem

Kloster Marienwerder, vorbehältlich der Rechte der Kirche, zu welcher die Leichen gehören. Ohne Jahr [1]).

Dei gratia. Otto Dux de Bruneſwich. Vniuerſis quibus hoc Scriptum fuerit preſentatum Salutem et bone uoluntatiſ affectum. Notum eſſe uolumus uniuerſis tam preſentibus quam futuris, quod nos ad inſtancjam et peticionem dilectorum noſtrorum et militum et Burgenſium in Honouere requiſito et accedente aſſenſu et uoluntate plebanorum Sancti Georjj et Sanctj Egidij, talem gratiam militibus et Burgenſibus eiſdem duximus perpetuo indulgendam, quod dum aliquis ex eiſ morienſ deceſſerit, ad Cenobium quod dicitur Inſula Beate Virginiſ poſſit licite ſepeliri, dummodo funuſ primo ad ſuam Eccleſiam deferatur et miſſarum officio celebrato, in ſuo jure nichil per omnia depereat Sacerdotj.

Siegel abgefallen.

---

[1]) Die Schriftzüge der Urkunde gehören in die Zeit um das Jahr 1250.

Urk. 32.

Pfarrer Warmann von St. Georgii zu Hannover schenkt dem Kloster Marienwerder seine dem Kloster früher abgekauften Güter in Linden (vor Hannover). Ohne Jahr [1]).

Warmannus plebanus ſancti Georij de Honouere Vniuerſis Chriſti fidelibus hanc litteram inſpecturis paratum ſeruicium Sciant uniuerſi quod ob reuerentiam iheſu chriſti ac ad honorem eius genitriciſ Beate marie perpetue uirginis Bona que a clauſtro emeram In inſula in linden ſita eidem clauſtro reſignauj ut per crebraſ orationes ſanctarum monialium ibidem deo famulantium nec non precibus ſancte marie perpetue uirginis exoratus dominus iheſus chriſtus michi ſanitatem uite preſentis tribuat et future Dominus enim prepoſitus clauſtri prefati Bona memorata in ſuam poſſeſſionem iam recepit in preſenti.

Siegel abgefallen.

---

[1]) Pfarrer Warmann erscheint zwischen den Jahren 1230 und 1256. Die Schriftzüge weisen auf das Ende dieses Zeitraums hin.

Urk. 33.

Konrad von Hamwide, Vogt in Harenberg, überträgt seinen Vettern Haldo und Bernhard von Hamwide seine Erbgüter zu Stehlingen (im Kirchspiel Engelbostel, Amts Ricklingen). Ohne Jahr [1]).

---

[1]) Die Schriftzüge bezeichnen die Mitte des 13. Jahrhunderts.

Conradus dictus de Hemwithe et aduocatus in Horenberg. Omnibus Hanc litteram cernentibus ſalutem. Notum eſſe volo tam preſentibus quam future poſteritatis hominibus quod bona in Stenlage ſita que me hereditario iure contingebant, nepotibus meis videlicet Haldonj et Bernardo dictis de Hemwithe libere reſignaui et nec ego nec heres meus amplius exigebit. quod factum ſigilli mei roboratione verum eſſe conteſtor.

Herzſiegel in weißem Wachſe, wohl erhalten, mit der Umſchrift: »† S. Conradi de Heimwithen.«

Urk. 34.

Hermann Edler Herr von Hodenburg [1]) ſchenkt mit Zuſtimmung ſeiner Gemahlinn Ermengard und ſeiner Söhne Heinrich und Luthard dem Kloſter Marienwerder das Obereigenthum dreier Höfe zu Gümmer (im Kirchſp. Seelze, Amts Blumenau), **welche ſein Vaſall Gerold von Landesberg ihm mit der Vogtei reſignirt und dem Propſte Diederich zu Marienwerder verkauft hat. „Hodenborch" [1]), 23. December 1251.**

(Vergl. Urkunde vom 20. October 1262.)

Hermannus nobilis de Hodenburch. Omnibus ad quos preſens ſcriptum peruenerit, Salutem in eo qui est ſalus omnium et ſolamen. Que geruntur in tempore ne ſimul labantur cum lapſu temporis poni ſolent .... teſtium et ſcripture memoria perhennari. Notum igitur eſſe uolumus uniuerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris quod Teodericus Prepoſitus in Inſula ſancte Marie Ordinis beati Auguſtini, Mindenſis dioceſis, de beneplacito noſtro et licentia emit tres manſos ſitos in villa Gummere a Gheroldo dicto de Landeſberche qui eos in feodo de manu noſtra tenebat, datis ſibi uiginti duabus marcis bremenſis argenti. et nos poſt reſignationem ab eodem Gheroldo factam. ac ipſo ſuo ſeruicio nobiſcum id fideliter procurante et modis omnibus promouente. eoſdem manſos cum pro-

---

[1]) „Hodenborch". Dieſer Name, ſowohl für die Veſte als auch für den Edelherrn Hermann, kommt nur allein in dieſer Urkunde vor. Die Veſte Hodenberg, welche zwiſchen Bücken und Hoya an der Weſer (an der Südſeite des Alt-Bückener Mühlenbachs nahe beim Meierhofe zum Sande) lag, war lange vorher von den Grafen von Hoya zerſtört. Es wird alſo hier entweder eine ſonſt unbekannte Veſte genannt oder aber die ſeit 1244 bekannte Veſte Hodenhagen gemeint ſein (Vergl. Note 2. zur Urk. 41. vom 20. October 1262). Daß der hier (1251) genannte Hermann von Hodenburg eine Perſon mit demjenigen Hermann ſei, welcher unter den verſchiedenen Namen Hodenberg (1231), Hodo (1242) und Hodenhagen (1260) vorkommt, iſt diplomatiſch erwieſen durch deſſen Siegel, welches ſich unter vier Urkunden des Königl. Archivs zu Hannover findet, die Hermann unter jenen vier verſchiedenen Namen hat ausſtellen und beſiegeln laſſen. Dieſes völlig identiſche Siegel (mit einem Adlerflügel) führt die Umſchrift: »S. Hermanni de Hodenberge«. Über die Genealogie des Hermann ſ. die Heiligenroder Urk. 5. Note 2. und Urk. vom 2. September 1276. Seine Gemahlinn Ermengard war die Tochter des Edelherrn Johann von Brüninghauſen und der Adelheid von Wölpe, einer Schweſter des Grafen Bernhard und des Verdener Biſchofs Iſo.

prietate ipſorum. ſimul et Aduocatiam ſuper ipſos cum omnibus alijs attinentijs. de pleno conſenſu ac bona uoluntate domine Ermengardis uxoris noſtre. et filiorum noſtrorum Henrici et Luthardi. ac omnium heredum noſtrorum. pro remedio anime noſtre contulimus ipſi clauſtro ſcilicet Inſule ſancte Marie. ad uſum ſanctimonialium que ibidem nocte ac die deo et beate uirgini deſeruiunt. libere ac quiete imperpetuum poſſidendos. ſpem firmam de eis et fiduciam habentes certam quod apud deum in orationibus ſuis memores noſtri erunt et quod poſt mortem noſtram anniuerſarium noſtrum et uxoris noſtre iam dicte, ac predictorum filiorum noſtrorum agere debeant ſollempniter, ſicut fratrum eorum et ſororum anniuerſarij agi ſolent. Vt autem emptio ipſius Prepoſiti iam preſati et noſtra donatio firma perpetuis temporibus et inconuulſa permaneat, nos ſuper hoc ſcriptum noſtrum clauſtro eidem dedimus. et illud ſigilli noſtri appenſione fecimus communiri. Teſtes huius facti ſunt. Tidericus. Druſtlef. fratres de Bothmere. Eilardus de Dunnenhuſen. et alij quam plures. Actum anno domini M°. CC°. L°. I°. datum in Hodenborch. X°. Kalendas Januarij.

An der Urkunde hängt — mittelſt blauer und weißer Litze von Zwirn — das in der Note 1. bezeichnete Siegel des Hermannus de Hodenburch in ovaler Form und von weißem Wachſe (beſchädigt).

Urk. 35.

Graf Ludolf von Wunſtorf ſchenkt dem Kloſter Marienwerder die Fiſcherei zu Letter (im Kirchſp. Seelze, Amts Blumenau) mit allen dazu gehörigen Teichen. Wunſtorf, 22. September 1252.

Ludolfus dei gratia Comeſ in Wunſtorpe vniuerſis ad quos preſens pagina peruenerit Salutem in omnium Saluatore Quia que in tempore fiunt cum diſcurſu temporiſ dilabi conſueuerunt, preſentium exhibitione, tam poſteris quam preſentibus clarere volumus. quod nos intuitu diuine clementie ac beate virginis Marie, libera voluntate proprietatem piſcationiſ in lettere cum omnibus lacubuſ attinentibus conferimus eiuſdem glorioſe virginis Marie Eccleſie in inſula de conſenſu heredum noſtrorum liberaliter ac perpetuo poſſidendam. Ne uero hec noſtra actio ab aliquibus in poſterum calumpniar(*i attemptetur*), preſentem paginam Sigilli noſtri appenſione decreuimus communire. Teſteſ autem huius rei ſunt (*Otto?*) et hildebrandus fratreſ de hereberghen et fratreſ dominuſ henricus et Bertoldus de .... Jordaniſ p..... Conradus de M...n. Borchardus Caghe. Datum wunſtorpe. anno domini M°. CC°. L°. II°. X° (*kl*) octobris.

Das Siegel in weißem Wachſe zeigt den Wunſtorfer Löwen; die Umſchrift iſt undeutlich.

Urk. 36.

Warmann, Canonicus zu Minden und Pfarrer zu Hannover, ſchlichtet im Auftrage des Biſchofs zu Minden einen zwiſchen dem Kloſter Marienwerder und dem

Priester in Limmer (Kirchdorf Amts Blumenau) entstandenen Streit dahin, daß der Propst zu Marienwerder dem gedachten Priester jährlich ein Malter Roggen von zwei Hufen Landes zu Letter (im Kirchsp. Seelze) und ein Malter Gerste von einer Hufe Landes zu Ahlem (im Kirchsp. Limmer, Amts Blumenau) zu entrichten hat. 1256.

Ego Warmannus Mindenſis Canonicus et plebanus in Honouere in preſentibus hoc proteſtor, quod cum a domino meo Mindenſi Epiſcopo recepiſſem in mandatis ut ſopirem diſcordiam inter clauſtrum quod Inſula uocatur et ſacerdotem de limbere ſub(*ortam*) inter ipſoſ talem compoſicionem ordinauj ut quicumque prepoſitus exiſteret clauſtri prefati daret ſacerdoti premiſſo de duobus manſiſ in letthere maltum ſiliginis, et de quodam manſo in alem maltum ordej ſinguliſ anniſ quoniam agri manſorum dictorum ſunt intermixtj agris clauſtri Jam ſepius memoratj Acta ſunt hec anno gratie. M.CC.LVI.

Beide Siegel abgefallen.

Urk. 37.

Scholaster Ernst von St. Johannis zu Osnabrück thut kund, daß der Ritter Helmold von Velber [1]) vor ihm als dem vom Papste dazu delegirten Schiedsrichter zu Gunsten des Klosters Marienwerder allen Ansprüchen an die Curie zu Velber (im Kirchsp. Limmer, Amts Blumenau) und dazu gehörige Güter gegen $\frac{5}{4}$ Mark entsagt hat. Osnabrück, 28. März 1257.

(Vergl. Urkunde vom 4. November 1239.)

Erneſtuſ Scolaſticus ſancti Johannis in Oſenbrugge iudex a domino papa conſtitutuſ. preſenti ſcripto proteſtamur, quod cum a domino Helmoldo milite dicto de Veltbergen ſuper quibuſdam agriſ ſibi vt dixit proprietario iure uacantibus, prepoſito et Conuentuj inſule beate Marie Mindenſis dyoceſis, queſtio mota eſſet coram nobis, talis compoſitio interuenit, quod dictus helmolduſ pro quinque fertonibus bremenſis argenti in octaua pentecoſtes proximo uentura ſibi dandis a clauſtro ſicut ſub excommunicatione promiſſum eſt, omni iuri quod in dictis agriſ, uel in aliis ipſi totali Curie in Veltbergen attinentibus, militari nichilominus fide interpoſita renuntiauit ſimpliciter et abſolute. Acta ſunt hec in eccleſia ſancti Johannis anno domini. M. CC. L. VII. IIII feria poſt Judica coram teſtibus ſubnotatis, quorum

---

[1]) Dominus Helmoldus miles dictus de Veltbergen war der Sohn des Grafen Konrad II. von Limmer oder Lauenrode und ein Bruder des Osnabrücker Bischofs Konrad (1227—1238) und des Grafen Heinrich von Velber (bis 1235). Mit dieser Urkunde gehen die Nachrichten über diese ausgestorbene (ältere) Linie zu Ende. (Vergl. jedoch die folgende Urkunde.)

nomina sunt hec. Gyso scolasticus. helmoldus canonicus [2]), Rabodo et Ricquinus vicarij osnaburgenses, prepositus de Leueren. frater Gerhardus Oderus et alij quam plures.

Das Siegel des Scholasters Ernst von St. Johannis zu Osnabrück in weißem Wachse zeigt über einem horizontalen Striche, der das oberste Drittel des Siegels von den untern zwei Dritteln trennt, ein Lamm mit der Kreuzfahne. Unmittelbar unter dem Striche stehen die Worte „ORA P(*ro*).....", darunter befinden sich zwei knieende, betende Figuren, zwischen denen man ein unleserliches Wort erkennt. Die Umschrift zeigt die Worte „✝ S. Ernesti .... JOHANNIS Osnab....."

---

[2]) „Helmoldus canonicus" wird derjenige Vetter des Ritters Helmold von Velber sein, welcher in einer Marienroder Urkunde vom Jahre 1257 als „prepositus Rustringie ac maioris ecclesie Bremensis frater Ludolfi comitis de Wunstorp" vorkommt. Er war damals (oder zugleich) Canonicus zu Osnabrück, wie aus der folgenden Urkunde hervorgeht, und wurde im nämlichen Jahre zum Erzbischof zu Bremen erwählt und blieb solches bis 1273. S. Urkunde vom 12. März 1267.

Urk. 38.

Scholaster Ernst von St. Johannis zu Osnabrück thut kund, daß das Kloster Marienwerder dem Herrn Helmold [1]), Canonicus zu Osnabrück, $\frac{5}{4}$ Mark für den Ritter Helmold von Velber [1]) überschickt hat. Ohne Jahr [2]).

Ernestus scolasticus sancti Johannis in osenbr̃ Judex a domino papa constitutus Litteris presentibus protestor quod hartmannus nuncius claustri de insula sancte Marie Mindensis dyocesis quinque fertones bremensis argenti per Meinricum monetarium libratos domino helmoldo canonico osnaburgensi quarta feria proxima post Bonifacij ad manus helmoldi militis dicti de velpergen, presentauit, presentibus Godescalco canonico sancti Johannis. Rabodone et Ricquino vicariis osnaburgensis ecclesie et aliis quam pluribus.

Siegel abgefallen.

---

[1]) S. die Noten 1. und 2. zur vorigen Urkunde.

[2]) Die Schriftzüge bezeichnen die Mitte des 13. Jahrhunderts; die Urkunde ist 1257 oder etwas später ausgestellt, wie die Urkunde vom 28. März 1257 beweiset.

Urk. 39.

G. Dechant der Kirche zu Osnabrück begiebt sich zu Gunsten des Klosters Marienwerder aller Ansprüche an den Zehnten zu Garbsen (im Kirchsp. Marienwerder) für eine jährlich am Tage vor Sylvester zu begehende Memorie des Bischofs Konrad von Osnabrück. Ohne Jahr [1]).

---

[1]) Die zu Möser's Osnabrücker Geschichte gehörende bis zum Jahre 1250 reichende Urkundensammlung kennt keinen Dechanten G.; außerdem beweisen die Schriftzüge der Urkunde, daß dieselbe in der letzten Hälfte des 13. Jahrhunderts ausgestellt ist.

Honorabili viro preposito. et priorisse totique conuentuj in insula sancte marie. G. dei gratia decanus osnaburgensis sue possibilitatis obsequium. Litteris presentibus protestamur. quod quidquid. juris habuimus in decima. gerbernissen. ad honorem domine nostre. libere et absolute resignamus. Sub tali forma. quod memoriam episcopi conradi. osnaburgensis omnj anno in uigilia. siluestri. solempniter peragatis. Et post obitum nostrum. nostram memoriam sicut nobis promisistis. agatis simili modo. Rogamus etiam. vt deum pro nobis oretis. quia si dominus nobis redire concesserit. apud vos in perpetuum deseruiemus.

Siegel abgefallen.

Urk. 40.

Bischof Wedekind zu Minden überträgt dem Convente zu Marienwerder das Obereigenthum des Zehnten zu Gümmer (im Kirchspiele Seelze, Amts Blumenau). **17. December 1260.**

In nomine (*dei et*) indiuidue trinitatis Widekindus .... visuris ...... Cum ..... Ecclesias nostro regimini .... curam .... at, ac etiam ... nos incrementum .... est .... benignitatis aliquid impetimur, ita cauere ....ietatis .... suboriri. Proinde .... tam futurorum q(*uam presentium notum esse*) cupimus, quod nos ob reuerentiam beate virginis .... (*ins*)tantiam et petici.................... (*d*)ecimam (*d*)e Gummere prout ipsam ..... et Wilbrandus M................. Cenobio Sancte Marie in insula assignauerant .... integritate iam dicto conuentui Sancte Marie contulimus in proprium voluntate .... (*no*)stri Capituli accedente. In cuius rei testimonium presens scriptum nostrum .... sigillis fecimus communiri. Testes huius rei sunt ....rus Decanus .... Ludolfus archidiaconus in osen. Widego. Hinri(*cus*) de slon. Ludolfus ....hardus Cantor. Johannes de stenderem. Conradus Decanus Sancte Martini .... spenthofe. Conradus de Wardenberge. Jordanis de .....horpe. Albertus Sprik. (*G*)erhardus de heruorde. Reinardus de slon. Arnoldus de Scinna. Hermannus de Hoya. Lu....us Decanus hamelensis et bolemannus. Canonici Mindenses et alij plures. Datum Minde. anno domini. M°. CC°. LX°. XVI°. kalendas Januarij.

Siegel des Bischofs Wedekind wohl erhalten, das zweite Siegel weniger kenntlich; beide in weißem Wachse an rother Seide.

Urk. 41.

Hermann Domherr zu Halberstadt, Heinrich, Luthard, Burchard, Ermengard und Adelheid, Brüder und Schwestern Edle von Hodenhagen [1]) übergeben, der Anordnung ihrer verstorbenen Eltern gemäß, dem Kloster Marienwerder auf Bitten des

[1]) Diese sechs Geschwister waren die Kinder des in der Urkunde vom 23. December 1251 genannten Edelherrn Herrmann von Hodenburg und der Irmengard von Brüninghausen. Der Domherr Hermann kommt als solcher von 1253 bis 1273 vor, und Heinrich, mit der Hedwig, Tochter des Grafen Moritz von Spiegelberg, vermählt, setzte den Stamm fort. S. Note 1. zur Heiligenroder Urkunde vom 2. September 1276.

Propſtes Berthold die zu ihren Erbgütern gehörigen drei Höfe zu Gümmer (im Kirchſp. Seelze, Amts Blumenau) mit der Vogtei. „Hodenhagen“ [2]), 20. October 1262.

(Vergl. Urkunde vom 23. December 1251.)

Hermanus Canonicus Halberſtadensis. Henricus. Luthardus. Borchardus. Ermengardis. Alheidis. fratres et ſorores nobiles de Hodenhagen Omnibus in perpetuum. Cum res geſta mandatur litteris uniuerſe calumpnie preuenitur materia, ne perſtet litis occaſio ſucceſſorj. Cognoſcant igitur preſentes, et ad poſteros deuoluatur, quod nos prout in preſenti littera proteſtamur cum bona liberalitate et conſenſu compoſito, trium manſorum proprietatem in villa Gummere ſitorum, cum omnj iuris integritate quod in ipſis et eorum attinentiis a paternis ſedibus iure uidebamur hereditario poſſidere, uerum etiam aduocatiam dictorum bonorum cenobio ſancte Marie Virginis in inſula contulimus, approbantes et plenarie confirmantes, quicquid a patre noſtro et matre beate memorie prout in ipſorum ſcriptis eidem cenobio datis de bonis premiſſis fuerat ordinatum. Vt autem hanc noſtram donationem in poſterum non attemptet calumpnia, preſentem paginam ſuper hac conſcriptam, ſigilli dominj Ludolfi Comitis de Wnneſtorpe qui huic facto preſens aſtitit cum fieret, et noſtri ſigilli appenſione fecimus comunirj. Teſtes etiam adhibuimus quorum ſunt nomina ſubarata. Adolfus et Hermannus fratres nobiles de Blankenhagen [3]), Borchardus de Lendena. Rauen. Henricus ſprutinc. Johannes Cappellanus. Hii in Hodenhagen, Tidericus. Johannes ſacerdos. Tidericus de botlede. Fridericus de Stegerden. Tethardus de Balgen. Harmannus Luſcus. Reinhardus de ebbingehuſen. milites. Henricus de nigenborg. Tidericus clericus. Geroldus de Landeſberge. Henricus. Hij in Nigenborg. Sigebodo canonicus Buccenſis. Albertus clericus. Godefridus de Stenderem. Henricus Corlehake Albertus Scirhorn. Godefridus de Neſe. Ecbertus. Friſo. Hij in Buccha. et alij quam plures. Datum publice in Hodenhagen promouente domino Bertoldo predictj clauſtri tunc prepoſito, anno Dominj M°. CC°. LXII. XIII. Kalendas Nouembris.

Von den mittelſt blau und weißer Zwirn-Schnur der Urkunde angehängten beiden Siegeln iſt das des Grafen Ludolf von Wunſtorf abgefallen. Das noch vorhandene große Herzſiegel der Geſchwiſter von Hodenhagen in weißem Wachſe zeigt den Hodenberger Adlerflügel; die Umſchrift iſt nicht mehr zu leſen.

---

[2]) Von der Veſte »Hodenhagen« iſt noch der halbe Burgwall erhalten, welcher in einer zum Hodenberger Gute Grethem (im Kirchſp. Ahlden) gehörigen Wieſe, der ſ. g. Burgwieſe an der alten Leine unmittelbar bei Grethem belegen iſt.

[3]) »Adolfus et Hermannus fratres nobiles de Blankenhagen« ſind diejenigen Edelherren von Blankena, mit denen dies Osnabrücker Geſchlecht ausgeſtorben iſt. S. Note 1. zur Heiligenroder Urk. 20. de 1253. Unter dem Namen »Blankenhagen« kommen ſie nur in dieſer einen Urkunde vor; ſie hielten ſich damals, wie aus der Urkunde hervorgeht, in Hodenhagen auf. Einige Stunden oberhalb des Hodenhagen liegt (an der Aller) ein Blankenburg; von den früheren Inſaſſen dieſer Veſte iſt nichts bekannt; vielleicht gehörte ſie jenen Edelherren von Blankenhagen, da die Worte Burg und Hagen in Niederſachſen dieſelbe Bedeutung hatten; weshalb auch das hier genannte Hodenhagen und das in der Urk. 34. vom 23. December 1251 genannte Hodenburg wohl ein und dieſelbe Veſte bezeichnen dürfte.

Urk. 42.

Bischof Kono, Propst Otto, Dechant G. und das Capitel zu Minden schenken dem Kloster Marienwerder sieben Hufen Landes zu Harenberg (im Kirchspiele Seelze, Amts Blumenau). Minden, 7. October 1263.

Cono dej gratia Mindenſis Eccleſie episcopus Otto prepoſitus G. decanus totumque Mindenſis Eccleſie Capitulum omnibus preſens ſcriptum uiſuris Salutem in domino Tenore preſentium conſtare cupimus vniuerſis quod nos pietatis uiſceribus inſtigati communj conſilio et conſenſu monaſterio beate Marie in inſula noſtre dyoceſis ob reuerentiam eiuſdem glorioſe uirginis Marie liberaliter contulimus VII manſos in uilla Horenberge ad proprietatem noſtre Eccleſie pertinentes quoſ ad uſus prepoſiti et ancillarum Christi pro tempore ibidem deo militantium perpetuo uolumus deſeruire. vt autem hec noſtra libera et liberalis donatio a futurorum memoria non recedat eam preſenti cartule inſertam ſigillis noſtris communiri fecimus in robur perpetue firmitatis, Teſteſ huius rei ſunt. Otto prepoſitus, G, Decanus, L Cantor, L ſcolaſticus, H, cuſtos et alii plures Mindenſis Eccleſie Canonicj Datum et actum Minde anno domini M°. CC°. Sexageſimo III°. Nonaſ octobriſ.

Zwei Schnüre von gelber und rother Seide. An der ersten Schnur das wohl erhaltene Siegel des Bischofs in weißem Wachse.

Urk. 43.

Ritter B. von Bevelte und sein Sohn Ludolf verkaufen dem Kloster Marienwerder unter Vermittelung des dortigen Propstes Bernhard einige Eigenbehörige. Wunstorf, 1266.

B. miles dictus de beuelte et ludolfus filius meus omnibus preſentem cartulam inſpecturis ſalutem in omnium ſalutarj. Ad cognoſcendam in rebus que geruntur ueritatem neceſſarium eſt ea que fiunt inſcriptum reduci ut eo poſt modum inſpecto omne valeat dubium amputarj. Notum igitur eſſe cupimus preſentibus et futuris quod nos albertum et hildeborgim uxorem ſuam filios et filias qui nobis et heredibus noſtris conditione proprietatis attinebant cum heredum noſtrorum conſenſu ob ſpem diuine retributionis uendidimus eccleſie inſule beate uirginis Marie pro tribus marcis et dimidia bremenſis argenti mediante honorabili uiro prepoſito domino bertoldo qui tunc temporiſ in regimine eiusdem eccleſie deſudabat, conſtare etiam uolumus quod ſi qui ſunt eiusdem conditionis noſtri ſcilicet proprii et noſtrorum ſiue uiri ſiue mulieres predictis alberto et hildeburgi uxori ſue propinquitate generis attinentes vbicumque locorum fuerint ſi ſua dominia recognouerint pro ſalute anime uxoriſ mee bertradiſ et fratris mei henrici et bertrammi dicti de zerſne, eidem eccleſie beate uirginiſ Marie reſignamuſ poſſidendos. facta ſunt hec in Wnſtorpe in. cimiterio forenſis eccleſie coram multis honeſtiſ uiriſ qui facti huius teſteſ ſunt. quorum hec ſunt nomina. Dominus ludolfus comes de Wnſtorpe. et dominus ludolſuſ comes de halremunt, dominus conradus et dominus jordanus filiuſ ſuus dicti de eckere, et dominus borchardus kage domi-

nus henricus holtgrauius, dominus hermannus luſcus, et dominus hildebrandus de lenten, et dominus wernerus de negenbornen milites, et alii quam plures. et ne predicta eccleſia ſuper hac emptione ab aliquo poſt modum moleſtetur preſentem cartulam quia ſigillum proprium non habemus. ſigillo nobiliſ uiri domini ludolfi comitiſ de wnſtorpe nobis placuit roborare. Actum anno domini M°.CC°.LX°.VI°. III. kalendas decembriſ vigilia andree.

Siegel abgefallen; nur noch die Schnur von weißem Zwirn erhalten.

Urk. 44.

Erzbischof Hildebold [1]), Propst Bernhard, Dechant Engelbert und das Capitel zu Bremen schenken dem Kloster Marienwerder vier Hufen Landes zu Lohnde (im Kirchsp. Seelze, Amts Blumenau). Bremen, 12. März 1267.

